

quis igitur, fratres carissimi, praeter missam supradicti formatam, sive ille¹ episcopus, sive² presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiori³ gradu sit, ad nos venerit, sciat, se suscepi omnino⁴ non posse. Quam auctoritatem ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat, id quod statuimus omnimodis esse servandum. Si quis autem haec salubriter constituta temerare temptaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc autem privilegium formatarum sancto Patroclo, fratri et coepiscopo nostro, meritorum eius speciali⁵ contemplatione concessimus. . .

J.-K. 765.

Dilectissimis fratribus, universis episcopis per Gallias consistentibus, Symmachus.

Cuncta igitur inter ecclesias Arelatensem et⁶ Viennensem a decessore nostro beatae recordationis Leone papa quae super hac parte ordinata sunt, ecclesiae Romanae fidelis⁷ declarat instructio. Atque ideo ne ea, quae semper veritatis est aemula, sibi aliquid vindicare queat oblivio et prioris decreti vigor temporis diuturnitate vergat⁸ in senium, necessarium duximus, olim promul-

igitur, fratres carissimi, praetermissa supradicta formata, sive ille episcopus sit⁹, sive presbyter, sive diaconus, aut in inferiori gradu¹⁰ constitutus deinceps ad nos venerit, sciat, se suscipi omnino non posse. Quam auctoritatem ubique nos¹¹ misisse manifestum est, ut cunctis his regionibus innotescat, id quod statuimus omnem in modum esse servandum. Si quis autem haec salubriter constituta temerare praesumpserit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc autem privilegium formatarum fratri et coepiscopo Paschasio et posteris eius meritorum illius speciali contemplatione concessimus. . . .

(In den Reg. nicht aufgeführt.)

Simmachus papa omnibus episcopis per Gallias constitutis.

Cunctas inter ecclesias Galliarum ob praecipuas Viennensem et Arelatensem extitit controversia. Quae vero a praedecessore nostro beatae recordationis Leone papa super hac parte ordinata sunt, ecclesiae Romanae fidelis declarat instructio. Atque ideo ne ea, quae semper est veritatis aemula, sibi aliquid vindicare queat¹² oblivio et prioris decreti vigor tempo-

1) nur in 1. 2; fehlt in 3. 4. 2) so 1. 3. 4; seu 2. 3) so 3. 4; inferiore 1. 2. 4) so in 2; omnino suscipi 1. 3. 4. 5) so 2; specialiter 1. 3. 4. 6) so 3. 4; atque 2. 7) so 3; fideles 2. 4. 8) so 2. 4; vergatur 3. 9) fehlt bei L. C. 10) gradu inferiori L. C. 11) nos ubique C. 12) possit L.